Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0002-0

Q. D. B. V.

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
CONSENSU
DE

# PACTIS DOTALIBVS IN QVANTVM STATVTIS DEROGENT, VEL MINVS?

IN
ACADEMIA LIPSIENSI
*SUB PRÆSIDIO*

DN. D. JOH. FLOR. RIVINI, P. P.
SUPR. CUR. PROV. ET CONSIST. ADV. ORDIN.
DISSERET
AUTOR ET RESPONDENS
M. ANDREAS FLORENS RIVINUS.
*D. XXIV. SEPT. ANNO cIↄ Iↄcc XXIII.*
H. L. Q. C.

---

*LIPSIÆ,*
LITERIS IMMANVELIS TITII,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0004-1

# CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

PRÆFAMEN.

*Nullæ leges ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus in illis deciſos deprehendamus.*

*Quæ res in foro maximos affert motus.*

*Occaſio inſtituti.*

TRACTATIO IPSA.

§. I. *Origo pactorum dotalium.*

§. II. *Pacta dotalia aliter ſe habent apud Romanos, aliter apud nos.*

§. III. *quod illuſtratur. definitio pact. dot.*

§. IV. *Fiunt per modum contractus vel vltimæ voluntatis quæ diuiſio approbatur.*

§. V. *hujus diuiſionis demonſtratur vtilitas.*

§. VI. *Ineuntur hæc pacta vel ante nuptias vel poſt easdem conſummatas. Si poſt nuptias ſtatutis renunciatur, certioratio juris, cui renunciatur, accedere debet.*

§. VII. *quod ſecus, ſi ante nuptias iisdem renunciatur, cujus rei ſuppeditatur ratio.*

§. VIII. *quæſtio, qua ratione per pacta dotalia ſtatutis derogetur.*

§. IX. *formatur caſus.*

§. X. *argumenta negatiua*

§. XI. & XII. *argumenta affirmatiua.*

§. XIII. *Singulare ſecundum Statuta Lipſ. ratione Geradæ*

§. XIV. *Vſus fori hoc in paſſu eſt dubius*

§. XV. *quod probatur per Reſponſa Facult. Vitenb.*

§. XVI. *Halenſ. &*

§. XVII. *iterum Vitenb.*

# PRÆFAMEN.

Quamuis nullæ leges ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus in illis deciſos deprehendamus; (a) nihiloſecius tamen plurimi vel Jure Naturali jam ſunt determinati, qui ſecundum Jus Ciuile immutabiles quoque permanent: (b) vel argumento Legum Ciuilium ob paritatem rationis poſſunt ac debent dijudicari. (c) Neutiquam tamen negandum, hanc rem, cum non omnibus, quibus jus dicendi conceſſa eſt poteſtas, eadem ſit mens eademque voluntas, in foro ſæpius grauiſſimos attuliſſe & adhuc afferre motus. Id, quod jam ex interpretationibus LL. XII. Tab. ſufficienter conſtat. (d) Et noſtra quoque ætate inter eos, quibus de jure reſpondere eſt permiſſum, maximus deprehenditur diſſenſus. Imo nec in vna eademque Facultate aut Collegio mutatis Aſſeſſorum perſonis conſtans ſemper permanet pronunciandi modus: & hoc ipſum in cauſa eſt, cur hanc diſſertationem de pactis dotalibus in quantum ſtatutis derogent vel minus, oblato mihi à Dn. Præſide ſingulari plane ac notabili caſu, quem L. B. §. XIV. ſeqq. hujus diſſertationis inueniet, conſcribere conſtitui. Faxit DEUS feliciter!

(a) L. 4. & 10. ff. de LL.
(b) §. 11. Inſtit. de J. N. Gent. & Ciu.
(c) L. 12. & 13. ff. de LL.
(b) BEYER in poſit. π. L. 1. T. 2. poſit. 41. ſeq.

# TRACTATIO IPSA.

## §. I.

PActa dotalia, germanice Ehe-Stifftungen, Ehe-Beredungen antiquiſſimis jam temporibus in vſu fuiſſe extra omnem dubitationem poſitum: (e) nec mirum, ſiquidem, hæc ortum ac valorem ex Jure Naturali merito ſortiuntur. Cum vero Jus Ciuile neque in totum à naturali jure recedat, nec per omnia ei ſeruiat; (f) videamus, quid Jus Ciuile Romanum & noſtrum Saxon. circa hunc locum diſponant.

(e) conf. v. 16. cap. VII. Tobiæ.
(f) L. 6. ff. de J. & J.

## §. II.

Longe aliter apud Romanos, quam apud nos pacta dotalia ſe habebant. Apud illos, ſi mulier conſtante matrimonio decederet, dos non ad maritum, ſed ad mulieris heredes ſpectabat; vnde pactiones de dote lucranda erant ineundæ; (g) Siue enim morte viri ſoluatur matrimonium ſiue fine mulieris, inquit Imperator, (h) lucrum ſit viro quidem in dote ſecundum quod nuptialium continetur pacto: mulieri vero ex nuptiali donatione, ſicut & ibi conuenerit à principio contrahentibus. Secundum Jus Saxon. è contrario maritus ſtatim poſt vxoris obitum facta conſcenſione thalami indubitatam in bonis mobilibus (i) & conſequenter in iisdem conſtituta dote habet ſucceſſionem. (k)

(g) L. 6. Cod. de pact. conub.

(h) Nouell. 22. cap. 20.

(i) LR. L. III. art. 76. verb. Stirbt das Weib ꝛc. & Conſt. Elect. 22. P. 3. verb. Wo es ſich zutrüge ꝛc. ꝛc. conf. B. Parentis Q. S. F. RIVINI diſſert. Inaug. Erfurti de marito herede mobiliari ſecundum Jura Saxon. habitam An. 1677.

(k) CARPZ. P. 3. Conſt. 23. defin. 3.

## §. III.

Porro ſecundum Jus Ciuile pacta dotalia, in quibus de hereditate aut jure ſuccedendi certi quoddam ſtatuebatur, plane erant inualida. (l) Jus Saxon. vero ea, ſi coram quinque vel pluribus teſtibus contracta ſint, in vim vltimæ voluntatis, vel vt documenta publica, ſi ſc. in vtrivsque partis præſentia judici inſinuata & ad acta publica relata fuerint, admittit. (m) Et hodierna conſuetudine vbique locorum & per totam Germaniam recepta & approbata valere pacta dotalia in vim vltimæ voluntatis, vel in caſum mortis collata teſtantur: MYNSING. GAIL. MATH. COLER. (n) quod HARPPRECHT. (o) in genere, licet pacta dotalia in modum etiam contractus inita fuerint, affirmat. Sunt igitur pacta dotalia nihil aliud, quam conuentiones, quibus de dote, donatione propter nuptias, vel etiam de futura ſucceſſione diſponitur.

(l) L. 4. Cod. de inutilib. ſtip. l. 19. Cod. de pact. & l. 5. Cod. de pact. conu. diſſent. DIONYS. GOTHOFRED. in not. ad l. 15. lit. p. Cod. de pact. cui tamen opponi poſſunt, quæ ULRIC. HUB. §. 5. Tit. III. Lib. 23. præl. Rom. ſuppeditavit, conf. quoque BOECKELM. in Comment. ad ff. Lib. 23. Tit. IV. in fine, vbi dicit: Friſii vti in plerisque aliis

aliis Jus Rom. ſeruant, ita nec ex pact. dotalib. ſuccedunt.

(m) Conſt. Elect. 43. P. 2. & CARPZOV. h. Conſt. def. 1. ſeqq.

(n) citati à RICHTER. Deciſ. 26. n. 33.

(o) in Conſult. Crim. & Ciuil. Conſ. 42. n. 294. p. 847.

## § IV.

Fiunt pacta dotalia, vti jamjam indigitauimus, vel per modum contractus vel per modum vltimæ voluntatis, vnde vel ſimplicia vel mixta dicuntur. Quo circa oritur quæſtio an hæc diuiſio, vt Dn. TITIVS (p) loquitur, ſit inuentum Gloſſatorum vel cauſidicorum, qui ex captatione verborum, magna actuum juriumque diſcrimina effingant, non alio fine, quam vt pro vt viſum fuerit actus auertere, lites excitare, vel cautelas ſuas veluti alexipharmaca vendere atque ita commentis commenta eludere poſſent? Multum abeſt, vt hac in parte in eadem cum illo ſimus ſententia, vt potius, quoad Jus Sax. huic diuiſioni, quod eandem ſuppeditat, (q) ſingularem tribuamus efficaciam: nec ſecundum Jura Ciuil. hæc diuiſio, dum varias rationes & argumenta, quibus ſalutariter hoc in loco vti poſſumus, ſubminiſtrat, plane improbanda.

(p) ad LAUTERB. obſ. 774.

(q) Conſt. Elect. 43. P. 2.

## §. V.

Sic v. g. ſi de mutatione pactorum dotalium quæſtio inſtituitur, recurrendum nobis omnino eſt ad diviſionem & videndum, an iſta verbis contractus, an vltimæ voluntatis

tis concepta fuerint; ſi prius, alteruter conjugum inuita altera parte ab iis recedere non poteſt, (r) ſed vtriusque conſenſu diſſoluenda ſunt; nihil enim tam naturale eſt, quam eo genere quidue diſſoluere, quo colligatum: (s) ſin poſterius, vna pars ceteris paribus invita altera ab iis reſilire poteſt. Nam voluntas noſtra ambulatoria eſt usque ad vitæ ſupremum exitum.

(r) L. 5. Cod. de Oblig. & Act.

(s) L. 35. ff. de R. I. conf. CARPZ. Conſt. 43. P. 2. d. 11.

(t) L. 4. ff. de adm. vel transf. leg. CARPZ. cit. loc. def. 10. In eo quoque conſentiunt ii, qui de contraria conſuetudine, vi cujus pactis dotalibus multis in locis, vbi tamen Jura Civil. in viridi alias erant obſeruantia, de futura ſucceſſione diſponere jam licitum erat, teſtantur. vid. WISSENB. Exercit. π. diſp. 46. n. 24. BOECKELM. in ff. L. 23. T. 4. in fine. Diſſent. tamen HARPPRECH. in Conſult. Crim. & Civil. Conſil. 42. n. 299. dicens: illa irreuocabiliter ex communibus JCtorum placitis ſeruari debere.

§. VI.

Ineuntur vero pacta dotalia vel ante nuptias vel poſt nuptias conſummatas. Si poſt contractum matrimonium conficiuntur, major adhuc in componendis iſtis deſideratur cura ac diligentia, quam in prioribus. Sic v. g. ſi in iis ſtatutis renunciatur, præter nudam renunciationem certioratio juris, cui renunciatur, eaque judicialis, accedere debet, hac enim omiſſa actus redditur nullus. Vnde Dn. Scab. Lipſ. Menſ. Jun. 1707. in cauſa Annen Roſinen Bellin, contra Andreen Brentano ſequentem in modum pronunciarunt: Daß Bekl. vor allen Dingen das Klåg. Curandin bey Aufrichtung und Confirma-

firmation der mit ihrem verſtorbenen Ehe-Manne getroffene Ehe-Stifftung ihres ſonſt zugeſtandenen und zuvorhero bereits erlangten Succeſſion-Rechts in deſſen künfftigen Verlaſſenſchafft und inſonderheit des Inhalts der fol. - - - angeführten Urſach ihrer Verzicht genugſam erinnert und certioriret worden, in Sächſiſcher Friſt beyzubringen, ꝛc. quæ ſententia leuteratione ab adverſa parte interpoſita ab Ampl. Facult. Jurid. Lipſ. Menſ. Auguſt. 1707. poſtmodum confirmata fuit. (u)

(u) Conf. CARPZ. L. VI. Reſp. 54. n. 15. vbi ſequentia inueniuntur verba: idque ſi ſcientes prudentesque non fecerint; illos ſecundum conſuetudinem vel ſtatuta loci voluiſſe mori, plane dubitandum non eſt. GAIL. Lib. 2. obſ. 124. n. 2. in fine.

## §. VII.

Quod tamen, ſi pacta dotalia ante nuptias conficiuntur, non æque deſideratur; eo enim caſu ſufficit, vt in iſtis conuentionibus vna pars vel expreſſe ſtatutis renunciauerit, vel ſe velle certa ac in iisdem determinata heredis parte contentam eſſe ſufficienter declarauerit. Repudiatis enim hiſce conditionibus matrimonium conſummatum haud fuiſſe præſumendum: poſt nuptias vero jura conjugibus competentia eo ipſo quoque acquiruntur & conſequenter juri jam quæſito renunciatur, de quo omnino antea certiores fieri debent conjuges. Ante nuptias etenim liberius, quamuis etiam conditio dotis aut donationis propter nuptias reddatur deterior, quam poſt nuptias (v) paciſci poteſt. Vnde recte judicat Dn. BERG. (w) nec



reſti-

reſtitutionem in integrum ex cauſa ætatis, ſi pacta ante nuptias inita fuerint, peti poſſe, ſecus ſi poſt easdem.

(v) L. 28. ff. de pact. dot. & BRUNNEM. ad dict. leg.
(w) In Reſolut. Leg. obſt. ad LAUTERB. L. 23. Tit. 4.

## §. IIX.

Iis, quæ ad generalem cognitionem pactorum dotalium ſcitu erant perneceſſaria, ſufficienter perſpectis eo accuratius atque facilius procedente oratione res ipſa, de qua in hac diſſert. nobis eſt agendum dijudicanda veniet, videndum igitur in quantum pactis dotalibus ſtatutis poſſit derogari. Reſpondendum diſtinguendo inter pacta dotalia, in quibus ſtatutis expreſſe fuit renunciatum, aut in quibus vna pars ſe velle præter in pactis dotalibus conſtitutam hereditatis portionem nihil vlterius exigere, ſatis declaravit; & inter ea, in quibus hoc minus factum fuit: Sic v. g. ſi maritus in Tabulis dotalibus dixerit, ſe cum certa ſumma pro dote velle contentum eſſe, er wolle mit ſo viel Ehe-Gelde oder Heyraths-Guthe wohl zu frieden ſeyn, nequaquam lucro, mobiliari multoque minus ſtatutario renunciaſſe cenſendus eſt, prout Ampl. Facult. Jurid. Lipſ. reſpond. Menſ. April. Anno 1664. ad conſultationem Hanßen Friedliebs von Embden. (x) Si ſtatutis renunciatum aut maritus expreſſe dixerit, er wolle auſer dieſen Ehe-Gelde oder Heyraths-Guthe von der Erbſchafft auf keine Wege etwas haben, per ejusmodi pacta ſtatutorum vis omnino adimitur. (y) Renuncianti enim juri ſuo non datur regreſſus ad id, quod repudiauit. Eo enim caſu voluntas ejus pro lege eſt habenda. (z) Si autem res aliter ſe habet conjuges a jure ſuo ſuccedendi deceſſiſſe minime omnium præſumendum, ſed

potius

potius his præſuppoſitis conjugem ſuperſtitem ex vtroque i. e. jure ſtatutario & pactis dotalibus ſuccedere poſſe affirmandum eſt.

(x) Allegante B. Parente cit. diſſert. §. 71.
(y) Conſt. Elect. XX. P. III. diſſent. BACHOV. ad Treut. Vol. I. Diſp. 6. Theſ. 6. lit. a cujus ſententia jam a Dn. BERGERO in Reſp. reſp. 248. P. I. exploſa.
(z) Arg. Nov. 22. Cap. 2.

§. IX.

Quæſtio igitur emergit, ſi inter ſponſum ſponſamue pacta dotalia inita fuerint, in quibus ſponſa futuro marito certam quantitatem v. g. quatuor millium thal. dotis loco exſoluere promiſerit, his conditionibus, vt maritus decedente vxore nullis conſtante matrimonio procreatis liberis, quantitatem illam ſolus lucretur, illo vero ſine prole mortuo vxor octo millia thal. adipiſcatur; an priori caſu exiſtente viduus iſta quantitate quatuor millium thal. ſimpliciter contentus eſſe & reliquam ſubſtantiam bonorum mobilium heredibus defunctæ vxoris ab inteſtato ſuccedentibus mediante inuentario aut jurata ſpecificatione reſtituere teneatur; an potius tanquam heres mobiliaris, præter quantitatem in tabulis dotalibus expreſſam, reliqua bona mobilia, quotquot fuerint, cumulatiue ſibi vindicare, adeoque ex duplici capite ſuccedere poſſit?

§. X.

Pro negatiua ſententia facere videtur, quemlibet licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt, mediante pacto renunciare; (a) hancque ipſam ob rationem vt plurimum apud nos pacta dotalia a conjugibus iniri ſolere, vt iſtis

portioni ſtatutariæ derogetur & certi quid intuitu futuræ ſucceſſionis determinetur; vt igitur eadem non ſolum tacitam renunciationem & derogationem portionis ſtatutariæ inuolvere, ſed etiam iſtam ſucceſſionem ipſo facto tollere videantur; porro his ipſis normam ac principium regulatiuum poni, vi cujus conjuges abſque contentionibus atque litium ambagibus certam portionem ex futura hereditate conſequi poſſent. Præterea hæc pacta alias otioſa ac fruſtranea eſſe, præſertim cum Jura Saxon. marito in caſum mortis lucrum, quod ratione dotis expectandum, aſſignent. Denique per ejusmodi pacta mutationem ſucceſſionis ſtatutariæ effici, cum per prouiſionem hominis tollatur prouiſio legis; ac ejusmodi mutationem haud obſcure in Conſt.Elect. Sax. præſupponi; nec permiſſum eſſe relictis pactis dotalibus variare & ad portionem ſtatutariam redire. (bb) Surrogatum accipere naturam rei in cujus locum ſurrogatum. Tandemque interpretationem circa pacta ſucceſſoria in dubio magis contra ſucceſſionem ab inteſtato, quam pro illa inſtitui debere, cum regulariter pacta dotalia eum in finem, vt ſucceſſio ab inteſtato ceſſet, celebrari ſoleant. (cc)

(aa) L. 29. Cod. de pact.

(bb) PECK. L. I. de teſtam. conjug. c. 32. n. 5. CARPZ. P. 3. Conſt. 20. Dn. BERG. in Reſp. reſp. 248. P. I. p. 421.

(cc) BERLICH. P. 3. Conſt. 27. n. 29. ſqq. CARPZ. P. 3. Conſt. 23. def. 1.

## §. XI.

Sed haud immerito partes pro affirmatiua ſententia in fauorem vidui arripiendæ. Ante omnia ſciendum portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti neque teſtamento auferri; neque legato aut fideicommiſſo grauari poſſe; (dd)

vnumquemque equidem fauori pro ſe introducto renunciare valere, ſed merito expreſſam hac in parte deſiderari declarationem; leuem igitur conjecturam & præſumtionem haud attendendam eſſe.

(dd) Conſt. Elect. VII. P. 3 ibique CARPZ. def. 1.

§. XII.

Renunciatio namque juris & beneficii competentis eſt facti & ſpecies donationis, quæ vti in dubio non præſumitur, quum non veroſimile ſit, aliquem ita reſupinum fuiſſe, vt ſua jura ſuasque jactauerit pecunias, (ee) ita adeo euidenter probanda, vt re vera renunciationem factam eſſe conſtet. Præſertim cum portio ſtatutaria & legitima ſimillima ſint natura, (ff) cui ſpeciatim renunciari oportet. (gg) Reliquæ objectiones locum habent, ſi conjuges vel expreſſe ſtatutis in illis renunciauerunt vel præter in pactis dotalibus conſtitutam portionem nihil vlterius deſiderare confeſſi fuere. Nam ſi certa portio determinata fuit haud immerito generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum: (hh) Et de eo quoque caſu loca BERLICHII & CARPZ. quæ alias in contrarium adducuntur, agere videntur.

(ee) arg. l. 25. ff. de probat.

(ff) CARPZ. Lib. 6. Reſp. 48.

(gg) cap. 5. X. de renunciat. L. 35. §. 2. Cod. de inoffic. teſt. BRUNNEM. ad dict. leg. n. 15. ſeqq. BARBOS. & TABOR. Loc. Com. Lib. XVI. cap. 40. art. 5. & 14.

(hh) L. 80. ff. de R. I.

§. XIII.

His præſuppoſitis non eſt cur dubitemus ejusmodi caſu Lipſiæ exiſtente viduo inſimul ſucceſſionem rerum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0015-2

Geradicarum tribuere, ſi nempe uxor nullis relictis filiabus decedat, cum per ſtatuta hujus ciuitatis viduus eo in caſu capax & habilis ſit ſucceſſionis geradicæ. (ii)

(ii) Leipz. Statut. art. 35.

§. XIV.

Quoad vſum fori res plane eſt incerta. Obuenit ante paucos annos talis caſus Dn. Præſidi huj. diſſ. viduus, cui defunctæ vxoris heredes collaterales minabantur actionem, eum in conſilium vocabat, ille in hoc ſingulari plane caſu tecto nomine D. Caji Inclut. Facult. Vitenb. adibat & ſequens Menſ. Jul. Anno 1719. in fauorem vidui obtinebat reſponſum: Wenn gleich bey vorfallenden Succeſſions-Streitigkeiten die vorhandene pacta ſucceſſoria vornehmlich in Conſideration zu ziehen, dieſelben auch in dubio mehr contra ſucceſſionem ab inteſtato, als pro illa zu erklähren, in mehrer Erwegung, daß ſie zu dem Ende, damit die Succeſſio ab inteſtato nicht ſtatt haben mögen regulariter aufgerichtet werden, und dieſem nach, da Henrico von ſeinem Ehe-Weibe, Margarethen, auf den Fall, da ſie vor ihm, ohne Leibes-Erben mit Todte abgehen würde, mehr nicht als 1000. Rthl. in der Ehe-Stifftung verſchrieben, daß er ſich, nachdem dieſer Caſus exiſtirte, damit billig begnügen laſſen müſſe, es das Anſehen gewinnet. Dennoch aber und dieweil nach denen Sächſiſchen Rechten das Ehe-Weib, wenn ſie verſtirbet, auf den überlebenden Ehe-Mann alle ihre Mobilia, worunter inſonderheit die Mitgifft, daferne er ſolche nicht an liegenden Gründen, ſondern an Fahrnüs überkommen, mit zu verſtehen, verfället, immaßen er

auch darvon des verſtorbenen Ehe-Weibs Geſchwiſtern nicht einmahl die Legitimam heraus zu geben ſchuldig, und ihm hierunter, da ſie keine Tochter hinterläſſet, nach Inhalt derer Leipziger Statuten, die geſamte Gerade gebühret, hiernächſt Henricus dieſen ihm zuſtehenden Beneficiis und Juribus ſucceſſionis, in der obberührten Ehe-Stifftung, ſich nicht begeben, noch, daß er ſonſt mit denen darinnen gedachten 1000. Rthl. nach ſeines Ehe-Weibes Margarethen Todte, ſchlechterdings zu frieden zu ſeyn, und auf ihre Verlaſſenſchafft und Mobilia weiter keinen Anſpruch zu machen beſtändiger Weiſe ſich erkläret, angeführet wird,

Renunciatio autem, quia donationis genus eſt, non præſumitur, ſed probari debet, & quidem euidentur, adeo, vt ex actu aliquo, etiam proximo, niſi de ea diſerte actum ſit, non inducatur. Vnde alia potius, quam renunciationis, conjectura ſumenda eſt, & legitimæ ſpeciatim renunciare oportet.

Cap. 5. X. de renunciat.
L. 35. §. 2. Cod. de inoff.
Barboſ. & Tab. Loc. Com. LXVI. Cap. 40. ax. 5. & 14.

So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß Henricus aus ſeines verſtorbenen Ehe-Weibes Margarethen, Verlaſſenſchafft, außer denen in der Ehe-Stifftung enthaltenen 1000. Rthl. die übrigen darzu gehörigen Mobilia, nebſt der geſamten Gerade, zu fordern, oder an ſich zu behalten, wohl befugt. V. R. W.

## §. XV.

Viduus ſpe victoriæ fretus vxoris heredibus ſe imminentem litem non metuere declarabat, &, conuocatis iisdem authenticum hoc reſponſum exhibebat, ipſosque hortabatur, ne, deficiente jure agendi, ſumtus fruſtraneos impenderent; ſed relictis immobilibus contenti eſſent. Heredes itidem ſe maxime fundatos venditabant ac ejusdem ordinis reſponſum Menſ. Aug. dict. anni contrarii plane tenoris producebant, quod B. L. merito communicandum:

Iſt Mevia ohne Teſtament und Kinder verſtorben, und hat in Leipzig ihren Ehemann, Titium, und vier leibliche Geſchwiſter und dazu eine Erbſchafft von Immobilien und Mobilien verlaſſen, bey ihrer Verheyrathung aber mit dem Ehemanne, Titio, eine Eheſtifftung gemacht und vollzogen, Innhalts, welcher dem überlebenden Ehe-Gatten aus des verſtorbenen Vermögen 4000. Rthl. zukommen ſollen; Nachdem nun Titius nicht allein ex pacto dotali, ſondern auch ex ſtatuto erben, und ſowohl die 4000. Rthl. aus der Eheſtifftung behalten, als auch die übrigen mobilia und auſſenſtehende Gelder und Baarſchafften, als hæres mobiliaris, nach Sachſen-Recht nehmen, hingegen der Meviæ ſeines Weibes Geſchwiſter nichts, als die immobilia, zugeſtehen will, ſo entſtehet bey euch Zweifel: Ob Titius ſolchergeſtalt ex duplici capite ſuccediren könne? oder ob er nicht vielmehr mit denen in der Eheſtifftung ihme zugewandten 4000. Rthl. zu frieden ſeyn müſſe? Ob nun wohl der Mann nach Sachßen-Recht hæres mobiliaris

ſtaris iſt, und ſolche portio ſtatutaria demſelben durch der Frauen diſpoſition nicht kan genommen werden, auch in der Eheſtifftung, daß der Mann der portionis ſtatutariæ ſich ausdrücklich begeben, allen Vermuthen nach, nicht zu finden, dahero, daß Titius über die obbemeldte 4000. Rthl. auch die mobilia aus der Frauen Verlaſſenſchafft prætendiren könne, es das Anſehen gewinnet: Dieweil aber dennoch durch pacta allerdings dem juri, ſo einem ex lege zukömmt, derogiret werden kan, cum quilibet juri ſuo renunciare poſſit, auch gemeiniglich die pacta dotalia eben deßwegen gemachet werden, daß dadurch der portioni ſtatutariæ derogiret, und dasjenige, was dem Manne aus der Frauen Verlaſſenſchafft & vice verſa, nach ihrem Todte, zufallen ſolle, deſto gewiſſer determiniret werden ſoll, auch, allen Anſehen nach, in gegenwärtigem Fall aus der Eheſtifftung, daß der Mann die 4000. Rthl. als ein præcipuum voraus, und noch über die portionem ſtatutariam, haben ſolle, nicht erſcheinet, folglich, da Titius und Meuia in ihrer Eheſtifftung ein ſolches pactum gemacht, daß der überlebende Ehe-Gatte aus des verſtorbenen Vermögen 4000. Rthl. haben ſolle, ſelbiges allerdings als tacita renunciatio & derogatio portioni ſtatutariæ facta anzuſehen, und, allem Vermuthen nach, deswegen geſchehen, damit der überlebende Ehe-Gatte, was er aus des verſtorbenen Verlaſſenſchafft eigentlich bekommen ſolle, wiſſe und aller Streit mit denen übrigen Erben verhütet werden möchte,

So erſcheinet dannenhero allenthalben ſo viel, daß Titius mit denen in der Eheſtifftung ihme zugewandten 4000. Rthl. alleine zufrieden ſeyn müſſe, und auſſer dieſen von denen mobilien aus der Frauen Verlaſſenſchafft weiter nichts prætendiren könne; V. R. W.

§. XVI.

Dubius viduus, dubii heredes efficiebantur, quapropter poſteriores Reſponſum ab Inclut. Facult. Jurid. Halenſi, ſimul transmiſſis prioribus, clam ſibi expetebant, ac poſterioris Reſponſi obtinebant approbationem, maritum ſc. ab vlteriori ſucceſſione excludendum, ab eo juratam ſpecificationem exigendam, & in effectu hereditatis petitionem merito inſtituendam eſſe: Summa hujus Reſponſi hæc erat: Haben Margaretha Meuia und Henricus Titius vor etlichen Jahren eine Eheſtifftung, wie die uns communicirte Abſchrifft ſub A. beſaget, bey ihrer Verheyrathung aufgerichtet, und beyde dem überlebenden Theil 4000. Rthl. reciproce zugetheilet, und, da nun ietzund Margaretha Meuia am erſten verſtorben, und dabey eine ziemliche Erbſchafft von mobilien und immobilien verlaſſen, ſo füget es ſich, daß Henricus Titius nicht nur allein ietzt erwehnte 4000. Rthl. ſondern auch die mobilia, verlanget, und deshalb der Meuiæ übrigen Erben weiter nichts, als die immobilia, zugeſtehet, worüber ſich denn beyde Partheyen, iede in einem abſonderlichen Collegio rechtlich belehren laſſen, und vermeinet inſonderheit Henricus Titius nicht wenig erhalten zu haben, daß in ſeinem Reſponſo die renunciation der ſtatutariſchen ſucceſſion

ceſſion zum Grunde geſetzet worden, ohne welche die Eheſtifftung quæſtionis denſelben nicht behindern möchte, die portionem ex ſtatuto mit dem in der Eheſtifftung ihme zugetheilten quanto cumulatiue zu fodern, da hingegen Margarethæ Meuiæ Erben darinnen fundiret zu ſeyn ſcheinen, daß bey Aufrichtung offtgedachter Eheſtifftung der ſucceſſioni ſtatutariæ bereits tacite renunciret worden, folglich ihnen nicht nur allein die immobilia, ſondern auch mobilia reſtituiret werden müſten; dahero nunmehro die Frage entſtehet: Ob das Reſponſum vor Henricum Titium in Rechten beſſer gegründet, oder dieſes, ſo vor die Erben Margarethæ Meuiæ ertheilet worden? ingleichen, ob man mit den immobilibus ſich befriedigen, oder auf die bewegliche Güther ſeine Klage einrichten, folglich auf eine eydliche ſpecification andringen, und alſo in effectu hæreditatis petitionem anſtellen möge? Ob es nun wohl das Anſehen gewinnet, daß die renunciation, weil ſie eine ſpecies donationis iſt, nicht zu præſumiren, inmaſſen dieſe nicht nur alleine facti, welche zu erweiſen, ſondern auch dahero nicht glaubwürdig oder præſumirlich, weil niemand ordentlicher Weiſe die ihme gebührende Rechte zu verſchleidern ſcheinet, und dann aber gewiß, daß, wenn eine renunciatio tacita bey Aufrichtung der quæſtionirten Eheſtifftung præſupponiret werden ſolte, dergleichen Verſchleiderung præſumiret werden müſte, anbey nichts ungewöhnliches, daß man durch dergleichen Ehe-Pacten nicht ſelber etwas zu lucriren ſuchet, auch würcklich zuweilen lucrire, mithin zu ſchlüſſen, daß die pactio und ſucceſſio ſtatutaria, nebſt dem

in der Eheſtifftung ausgeſetzten quanto, cumulatiue und zugleich prætendiret werden könne; Jedennoch aber, und dieweil es allhier gar nicht darauf ankommet, ob man in Ehe-Pacten etwas lucriren könne und bißweilen actu lucrire; ſondern lediglich die Sache darauf beruhet, ob das in den pactis dotalibus benandte quantum die ſtatutariſche Erb-Folge ipſo facto aufhebe, und dann aber unverborgen, daß eben deshalb pacta dotalia eingegangen zu werden pflegen, damit die geſetzliche Erbfolge wegen des Mitgiffts geändert werde, wohl erwogen, daß wenn deme nicht alſo, ſothane pacta gantz vergeblich ſeyn würden, eben weil ſchon die Geſetze, und zwar abſonderlich in Sachßen, determiniret haben, weſſen ſich der Mann ratione dotis auf begebenden Todtes-Fall ſeines Eheweibes zu getröſten habe, woraus denn bey der applicatione ad factum Sonnen-klar erhellet, daß in der Eheſtifftung quæſtionis eine Aenderung von ſothaner ſtatutariſchen ſucceſſion intendiret, und per prouiſionem hominum die prouiſio legis getilget worden, um ſo viel mehr, da dergleichen Aenderung in den Churfl. Sächſ. Conſtitutionibus nicht undeutlich præſupponiret werden,

vid. CARPZ. P. III. Conſt. 23. def. 1. n. 1. ſeq.

folglich nicht ferner nöthig, daß man ſich mit præſumtionibus behelffe, oder auf conjecturen falle, oder eine beſondere und deutlichere renunciation verlange, da die Aufrichtung ſolcher pactorum und Genehmhaltung anderer Vortheile, als lex ſtatutaria, mit ſich bringet, nicht nur alleine eine ſtillſchweigende renunciation, ſondern ſicht-

ſichtbahre Erklärung der paciſcenten iſt, daß ſie künfftig ſich an dieſe ihre pacta und Stifftung halten wollen, keinesweges aber an das ſtatutum de ſucceſſione in dotem, deme nicht zuwider, daß iedoch beydes compatibel ſey, nemlich das lucrum ex pacto, und denn das lucrum ex ſtatuto, angeſehen mehr als zu bekannt, daß ſo bald pacta dotalia errichtet und nicht wiederum verändert worden, derſelben Innhalt und Buchſtabe die einige Richtſchnur künfftiger ſucceſſion ſey;

ESTACH. ad CARPZ. P. III. Conſt. 20. def. 1.

und hingegen offenbahr, daß in der Eheſtifftung quæſtionis bloß einig und allein von dem quanto der 4000. Rthl. diſponirt worden: worauf Margaretha Meuia ihren Ehegatten gewieſen, und er ſich damit begnüget, auch ſonſten wiſſend, daß Eheleuten nicht erlaubet, relictis pactis dotalibus, redire ad portionem ſtatutariam,

BERLICH. P. III. Concluſ. 27. n. 29. ſeq.

eben weil die pacta dotalia bereits Ziel und Maaß geſetzet, welches aber allhier um ſo viel mehr geſchehen würde, wenn Henricus Titius noch, nebſt den 4000. Rthl., ex pactis die Erbfolge an fahrender Haabe prætendiren ſolte, abſonderlich da in dem inſtrumento dotali ſolche ihme nicht fürbehalten, ſondern vielmehr durch eine neue und von ihm ſelbſt beliebte prouiſion, dasjenige ergänzet worden, was ihm von der prouiſione legis abzugehen geſchienen, folglich offenbahrlich falſch, daß Henricus Titius auf ſolche Weiſe etwas verſchencket haben würde, allermaſſen derjenige nicht pro donatore zu hal-

ten, qui tantundem aut plus accipit, und dafern Henricus Titius nicht das geringſte weggegeben, oder verſchencket, ſo fället von ſich ſelbſten dahin, was in dem von ihm eingeholten Reſponſo fürgegeben werden wollen, daß er erſt renunciren müſſen, quia donatio non præſumeretur, allermaſſen unläugbar, quod ſurrogatum ſapiat naturam rei, cui ſurrogatur, ingleichen daß demjenigen, quod per æquiualens, aut cum incremento, retinetur, nicht renunciret werden möge;

Darum halten wir dafür, daß geſtalten Sachen und Umſtänden nach, das Reſponſ. ſo die Erben Margarethæ Meuiæ erhalten, weit gründlicher, als dasjenige, welches vor Henricum Titium abgefaſſet worden, folglich von dieſem jurata ſpecificatio gefodert und alſo in effectu hæreditatis petitio angeſtellet werde möge V. R. W.

§. XVII.

Augebatur ſpes Collateralium, imminebat proceſſus; quare Dn. Præſes denuo transmiſſis jam recenſitis Reſponſis ab Inclut. Facult. Vitenb. vltimam deciſionem, cuinam oppinioni, ne clientem in grauem implicet proceſſum, tuto ſit accedendum, ſibi expetiit & ex voto prioris confirmatoriam obtinuit, quam nec adjicere intermittam: Entſtehet Zweifel, ob der verſtorbenen Frauen Margarethen hinterlaſſener Ehemann, Cajus Henricus, an denen in der Eheſtiffung ihm verſchriebenen 4000. Rthl. ſich begnügen zu laſſen ſchuldig, oder hierüber auch der defunctæ übrigen mobilia, nebſt der geſamten Gerade, nach Anleitung derer Leipziger Statuten, zu fordern berechtiget? Wenn nun

nun gleich E. Löbl. Juriſten-Facultät zu Halle unſern vor Cajum Henricum dißfalls bereits abgefaßten Reſponſo ſub ⊙ keinen Beyfall geben wollen, ſondern zu Behauptung ihrer ſententiæ contrariæ ſub ☽ pro ratione decidendi, quod prouiſio hominis tollat prouiſionem legis, und daß pacta dotalia eben um des willen, damit man die geſetzliche und ſtatutariſche Erbfolge aufhebe oder ändere, gemacht zu werden pflegten, anführet, inſonderheit auch in applicatione ad præſens factum in denen Gedancken ſtehet, daß Cajus Henricus mit denen verſchriebenen 4000. Rthl. ſich nothwendig begnügen laſſen müſſe, geſtalt er dadurch, daß er tantundem oder plus empfangen, der portioni ſtatutariæ allerdings ſich begeben, und auſſer dem die pacta dotalia ſub ♂ vergeblich und ohne intendirten Effect geweſen ſeyn würden, im übrigen beſagte Facultät dieſe ihre opinion mit denen rationibus des

BERLICHII. P. III. Concl. 27. n. 29. ſeqq. und
CARPZ. P. III. Conſt. 23. def. 1. n. 1. ſeqq.

zu unterſtützen und ſelbiger dadurch das Gewichte zu geben vermeinet.

Dennoch aber und dieweil in der Eheſtifftung ſub ♂ von der verſtorbenen Frauen, Margarethen, Paraphernal-Geldern und ihrer Gerade, davon ietzo die Frage iſt, nicht das geringſte enthalten, ſowohl, daß, nach ihrem ohne Leibes-Erben erfolgten Tode, Cajus Henricus aus ihrer Verlaſſenſchafft ein mehrers, als die zum Ehe- und Heyraths-Guthe inferirte 4000. Rthl.

nicht

nicht haben, ſondern daran ſich begnügen laſſen ſolle, darinne nirgends zu befinden, folglich dieſe Eheſtifftung ſub ♂ wegen Erörterung der bloß in der defunctæ Paraphernal-Geldern und Gerade ſtreitigen ſucceſſion keines weges zum fundament zu ſetzen, weniger daraus Caji Henrici offenbahrliche renunciation auf ſolche paraphernal-Gelder und Gerade zu præſumiren, in mehrer Erwegung, daß beydes ihme zur portione ſtatutaria gebühret, und es mit deren renunciation gleiche Bewandnis, als mit der renunciatione legitimæ, quæ ſpecialis eſſe debet

L. 35. §. 2. Cod. de inoff. Teſtam. ibique
BRVNNEM. n. 15. ſeqq.
CARPZ. Lib. VI. Reſp. 46.

hat, hiernächſt in der Eheberedung ſub ♂ auf Caji Henrici frühzeitigen Todes-Fall der hinterlaſſenen Frauen, Margarethen 8000. Rthl. aus ſeinen nach ſich gelaſſenen ſämtlichen Vermögen beſchieden, und, da die jura ſucceſſionis in dubio reciproca ſeyn, daß der überlebende Cajus Henricus nur 4000. Rthl. dagegen aus Frauen Margarethin nach ſich gelaſſenen und auf ein weit höheres ſich belauffenden ſämmtlichen Vermögen haben ſolle, nicht wahrſcheinlich, zumahl er mit der defunctæ Geſchwiſter concurriret, und in der Eheſtifftung ſub ♂ dieſe formalien

Daß die Frau Braut ihren künfftigen Ehe-Herrn 4000. Reichsthaler zum Ehe-Gelde und Heyraths-Guthe zu erlegen und aus-

zuzah-

zuzahlen verwilliget, und ihm ſolche 4000. Rthl. wenn ſie vor ihm ohne Leibes-Erben mit Todte abgehen würde, alleine verbleiben, und er hievon niemanden nichts heraus zu geben ſchuldig ſeyn ſoll:

zu leſen, ferner, das Ehe-Geld durch ein gewiſſes pactum conſtituiret wird, und ſowohl dem Ehemann, wegen der rechtlichen vindication, als dem Eheweibe des Mannes Concurs und ſondren beſondere Vortheile bringet.

conf. LUDOV. Vſ. Pract. diſt. Jurid. L. 23. Tit. 3. diſt. 4.

Dahero, daß Frau Margaretha in der Eheſtifftung ſub ♂ die 4000. Rthaler zum Ehe-Gelde und Heyraths-Guthe, wenn die ſtatutariſche Erb-Folge dadurch nicht aufgehoben werden ſollen, Cajo Henrico gantz vergeblich zugebracht haben würde, nicht geſaget werden mag. Im übrigen die obangeregten loca bey BERLICH. und CARPZ. von dem Falle, wenn in denen Ehe-pactis denen überlebenden Ehegatten etwas gewiſſes aus des Verſtorbenen geſamnten Vermögen deutlich ausgeſetzet, und ſie damit zufrieden zu ſeyn, ſich beſtändiger Weiſe erkläret, handeln, dergleichen klare diſpoſition und verba renunciatiua allhier, Caji Henrici halber, nicht verhanden.

So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß Cajus Henricus, nach mehren Innhalt unſers vorigen

reſponſi ſub ☉ aus ſeines verſtorbenen Eheweibes, Margarethen, Verlaſſenſchafft nicht alleine die in der Ehe-Stifftung ſub ♂ verſchriebene 4000. Rthaler Ehe-Geld und Heyraths-Guth, ſondern auch die darzu gehörige übrige mobilia, nebſt der geſammten Gerade, zu fodern, oder an ſich zu behalten wohl befugt. V. R. W.

Tandem hæc contrarietas amicabili compoſitioni cauſam dedit.

S. D. G.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0028-5

## AVTORI ET RESPONDENTI
## FRATRI SVO DILECTISSIMO
*S. P. D.*

## PRÆSES.

*QVotiescunque Venerandi noſtri Parentis pia mente recolo memoriam, quod propemodum quotidie fieri ſolet, nihil magis animitus precor exoptoque, quam quod Diuina Gratia Vota à beate defuncto toties nuncupata, vt ſui Deſcendentes Deum vere timentes, in ejus gloriam, Patriæque cui quisque natus, commodum creſcant vitamque tranſigant, rata validaque eſſe jubeat, Adimpleta in Te Frater dilectiſſime confido, & gaudeo. Etenim non fucata Tua, ad omnia utilis pietas, indefeſſus præclara quævis addi-*

*ſcen-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0029-4

*ſcendi labor & cupiditas, ſpernens vanitates ſeculi, quibus alias Juvenes proh dolor! ſubmerguntur, tibi plusquam fraternum in me conciliarunt affectum. Quare moderamen Diſſertationis hujus mihi oblatæ, quam Tuo tantum ingenio debes, lubentiſſime in me ſuſcipio, pium jungens votum, velit adorandum Numen tuis hucusque laudabiliter geſtis Studiis noua indies addere incrementa, vt eum, quem præfixum habes Scopum, feliciter conſequaris, & præmia fructusque induſtriæ & virtutis vberrimos, cum approbatione conſcientiæ recte judicantis capias. Dab. Lipſ. d. 20. Sept. an. recup. Salut. M DCC XXIII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0031-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0032-6

88371

ULB Halle 3
005 367 506

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0033-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0034-8

Q. D. B. V.

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
CONSENSU

# DE PACTIS DOTALIBVS IN QVANTVM STATVTIS DEROGENT, VEL MINVS?

IN
ACADEMIA LIPSIENSI
*SUB PRÆSIDIO*

DN. D. JOH. FLOR. RIVINI, P. P.
SUPR. CUR. PROV. ET CONSIST. ADV. ORDIN.

DISSERET
AUTOR ET RESPONDENS
M. ANDREAS FLORENS RIVINUS.

*D. XXIV. SEPT. ANNO* cIↄ Iↄcc XXIII.
H. L. Q. C.

---

*LIPSIÆ*,
LITERIS IMMANVELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198077-p0035-3